Ser.^me ac Potent.^me Rex. 2 Apr. 1622. Ac

~~301~~
361

N 78.

Literæ Maiestatis Vræ, cum una Instrumentum Juramenti fidelitatis, et Professionis fidei præstitæ ad favorem Ecclesiæ Romanæ a Ser.^mo Principe Jo: Alberto Episcopo Warmien. nõ ante vigesimam quintam præteriti mensis ad manus meas pervenere, quo tempore, cum omnia silerent, opus fuit iussa Maiestatis Vræ differre; vacationibus autem cessantibus, curavi prædicta R.^mo Datario alijsq. Sacri Palatij ministris præsentare, qui nedum ea perhumaniter, ac hilari vultu admiserunt, imò maximam Maiestatis Vræ devotionem in Sanctam Petri Sedem multis præconijs commendarunt, fuerunt omnia sedulò publicis in libris iuxta Datariæ stilum annotata, nihilq. omissum quod pro rei negotio peragendū erat. Ex geminatis autem Maiestatis Vræ præceptis, sicut continuationem præpensæ ergà me voluntatis dilucide agnovi, ità omni studio contendam, ut summa mea ergà Regiam Maiestatem Vram fidelitas, ac devotio in dies magis oblata occasione, elucescat; Superest ut me, et servitutem meam Sacræ Regiæ Maiestati Vræ humillimè iterũ, atq. iterum commendem Romæ secunda Aprilis 1622.

Regiæ Maiestatis Vræ Ser.^me

Humilliss.^mus Obsequent.^mus et devot.^mus servus
Armenius Agnellinus.

~~204~~ 304

Agostini. 2 Aprile. 1622. Roma.